

[II p 4]

FINIRI DUBITARI NEQUIT, SI HEC scilicet mors AUFERRE BEATITUDINEM POTEST, QUIN OMNE MORTALIUM GENUS IN MISERIAM MORTIS FINE LABATUR. Istud tamen inconueniens sequi non posset nisi poneretur anima immortalis quia non maneret subiectum susceptiuum miserie⁸¹ et ideo⁸² nec miseria sed posito subiecto necesse est alterum⁸³ oppositorum inesse. Sed ista conclusio est falsa quare et illud unde sequitur, unde dicit (97) QUOD SI MULTOS SCIMUS⁸³ BEATITUDINIS FRUCTUM NON MORTE SOLUM VERUM ECIAM DOLORIBUS SUPPLICIISQUE QUESISSE, QUONAM MODO PRESENS VITA scilicet que prosperitatem fortuitam respicit BEATOS⁸⁴ FACERE POTEST QUE TRANSACTA scilicet⁸⁵⁸⁵ et terminata MISEROS NON EFFICIT ?

[II m 4]

QUISQUIS metrum quartum Anacreonticum ab inuentore, iambicum a pede predominante, dimetrum a numero pedum, cathaleticum quia deest sillaba ad complementum metri. Constat autem primo pede spondeo uel anapesto, secundo et tertio iambicis. Huic miscuit Ferecratum¹ de quo dictum est supra metro secundo huius libri.

81 miserie et ideo RPO et ideo miserie et ideo J / 82 alterim J /
83 scimis J / 84 beatos O bonos RPJ / 85 scilicet P scilicet id est R scilicet et JO /

1 ferecratum P fericracium R feretracium JO /

Commendat autem Philosophia in hoc metro uitam mediocrem sub methaphora edificii quod constructum in loco nimis alto urgetur tempestatibus et in loco basso et arenoso defluit fundamento sed in loco humili et saxoso utroque caret incommodo. Sic et uita presens nimis eleuata prosperitate patet² inuidie et persecucioni principum, nimis uero depressa paupertate calamitatibus defluit. Mediocris autem uita utrumque uitat incommodum. Dicit ergo QUISQUIS CAUTUS scilicet in euitandis malis STABILISQUE scilicet quiete mentis VOLET PONERE SEDEM id est mansionem quietam
 SUNDRI?
 PERHENNEM scilicet et continuam NEC scilicet uolet (4) STERNI FLATIBUS EURI id est illius uenti qui est collateralis Subsolani per cuius flatum intelligit persecucionem potentium (6) ET CURAT SPERNERE PONTUM MINANTEM FLUCTIBUS id est calamitates paupertatis VITET CACUMEN MONTIS ALTI id est nimiam eleuacionem prosperitatis nec tantum hoc set uitet (8) BIBULAS ARENAS id est aridam et sitibundam paupertatem cuius est paupertas necessaria et inuoluntaria (9) ILLUD scilicet cacumen montis alti URGET AUSTER PROTERVUS id est impetuosus et turbulentus per quem significatur inuidia et persecucio principum (11) HEE scilicet arene SOLUTE id est propter ariditatem disiuncte per quas significatur³ paupertas que sibi
 TORNUS VINCUS

2 prosperitate patet in ras. J / 3 significatur JR figuratur P signatur O /

[II m 4]

amicos beneficiis copulare non ualet PENDULUM PONDUS id est
 indigenciam et necessitatem uite sustentande que hominem more
 oneris penduli grauat (12) FERRE RECUSANT. Ergo tu fugiens (13)
 PERICULOSAM SORTEM scilicet utriusque incommodi iam dicti (15)
 MEMENTO. CERTUS DOMUM SEDIS AMENE HUMILI FIGERE SAXO⁴ ~~id est figas~~
~~mediocritis uita~~
intencionem uite ducende in mediocritate que ideo^t saxo comparatur
 quod hominem firmum et constantem ad modum saxi reddit. Et si
 hoc feceris⁵ (17) QUAMVIS VENTUS MISCENS EQUORA id est superbia
 principum turbans mundum TONET RUINIS id est seuiat ruinosis
 persecucionibus (19) TU CONDITUS QUIETI id est datus quieti mentis
 (20) FELIX scilicet existens ROBORE VALLI id est munimento
 mediocritatis (21) DUCES EVUM id est ages uitam tuam SERENUS id
 est tranquillus⁶ (22) RIDENS id est deridens et pro nichilo
 habens IRAS ETHERIS id est uirorum potencium persecuciones et
 inuidias.

[II p 5]

SED QUONIAM RACIONUM prosa quinta. Posquam Philosophia
 posuit superius remedia minus mouencia ad ostendendum quod bona

4 saxo id est figas intencionem (int. tuam D) uite ducende in
 mediocritate que ideo RG (que uero D) saxo mediocris uita P0 saxo id
 est figere intencionem uite ducende in mediocritate mediocris
 uita J / 5 feceris RPO fecerit J / 6 tranquillum (-ū in ras.) J /